Tercium etiam sine mendacio, id est certum est quod ars est nobis data sine mendacio
hoc dicit philosophus ad differentiam illorum qui dicunt artem illam esse mendacem
id est falsam certum est id est expertum Et quartum est expertum est etiam verissimum
verissimum sol per artem procreatur Et dicit verissimum in superlativo gradu quia sol
generatus per hanc artem est excellentior naturali in omni proprietate tam medicinali
quam alia Et est quod est superius est sicut illud quod est inferius hic tradit opera-
tionem lapidis dicens quod est superius id est hoc dicit quia iste lapis divisus est in duas
partes scilicet partem superiorem que ascendit superius Et in parte inferiorem que re-
manet inferius fixa et clara Et non quod ille due partes concordant adinvicem
et ideo dicit quod est inferius est sicut illud quod est superius Et significat quod illa divisio
est necessaria ad perpetrandum miracula rei unius scilicet lapidis quia pars inferior
est terra que dicitur nutrix et fermentum est pars superior est anima que vivificat totum
lapidem et ipsum resuscitat et ideo facta separatione et deleta compositione lapidis
multa miracula fiunt in opere secrete nature Et sicut omnia fuerunt ex una
sola meditatione unius hic philosophus exemplificat dicens sicut omnia fuerunt ex
uno preter ex una massa confusa sola meditatione unius id est precatione et cogi-
tatione unius dei omnipotentis ita omnia fuerunt nata et emerunt ex una
sola re id est ex una massa confusa ordinatione unius id est per unam adaptationem
id est preceptum mandatum dei et suo sola miraculo lapis in natura est ex massa
mixta Et sicut nos videmus quod naturaliter unum animal generat plura animalia sibi
similia Ita artificialiter sol generat solem virtute multiplicationis lapidis supradicti
Et ideo sequitur pater eius est sol id est pater lapidis est sol Et quia in omni generatione natu-
rali oportet esse receptaculum conveniens vel aliqua consonantia plurium ad procreandum
ita in illa generatione artificiali oportet solem habere receptaculum conveniens et concordans
de natura eius et semine et de eius tinctura hoc est argentum vivum fixum Et ideo sequitur
mater eius est luna Et nota diligentissime quod comparatio istorum duorum corporum
et necessaria in arte illa in utraque operatione scilicet ad rubeum et ad album durabi-
tamen quam prima est una res est quia licet sol sit nobilior ceteris metallis
talis et magis compactus et magis perfectus et magis fixus nihilominus
si fuit dissoluta quasi in minimas partes est spiritualis et volans quemadmodum mercu-
rius est magnum miraculum Et hoc est ratione sue elementationis et tunc scilicet tempus
licet tinctura sine mineralis Et illa tinctura vocatur semen masculinum calidum
Et licet argentum fixum sit dissolutum in aquam substantiam claram nihilominus
non est quin remaneat fixum quemadmodum prius et nulla licet tinctura sit et impressiva
aptum et paratum recipere tincturam et fixum et fixat temperamentum in compositione callidi et frigidi
et vocatur semen femininum fermentum frigidum Et ita est conveniens quo ad istorum duorum
corporum glutinis et necessaria Et cum sicut luna per se tantum et sol per se tantum sunt fortes
fusiones et liquefactiones nihilominus si consolidatur adinvicem fundunt leviter
et hoc tantum sicut aurifabri qui faciunt consolidationem ad aurum et si communiter istorum

Marginalia (left): mixta (beside "Et sicut nos videmus"); mater (beside "mater eius est luna").

Marginalia (right): ita lapis in natura est et ex una massa confusa quia in se omnia est et a deo data ... miraculis lapis [illegible]

Marginalia (right, bottom): Item sed ratio quod istorum duorum conventio est necessaria